Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

ex eo tota tabernaculi testimo
nio, i quo loco apparebo tibi, stum
stque erit vobis thymiama
dulce, quoniam non faciatis i
usus vestros, qa sctum est domino.
hoc quicquid fuerit simile, vt odo
re illius ipsemat, peribit de populo
suo ~ Capitulum tricesimum primum

Locutusque est dnus ad moysen dicens, Ecce vocui
ex nomine beseleel filium huri
filii hur, de tribu iuda, et im
plevi eum spiritu dei sapiae et intel
ligentia et scientia in omni ope
ad excogitandum fabre, quicquid
fieri potest ex auro et argento
et ere, marmore, et gemmis
et dolatione lignorum, pedique
ei sociavi, oliab filium achysam
ech de tribu dan, et in corde omnis
eruditi posui sapiam, vt faciant
cuncta quae praecepi tibi, tabernaculum
foederis, et archam testimo
nii, et propitiatorium, quod super
eam est, et cuncta vasa tabernacu
li, mensamque et vasa eius, can
delabrum purissimum cum vasis
suis, et altare thymiamatis
et holocausti, et omnia vasa cor
labium cum basi sua, vestes sacras
in ministerio aaron sacerdotis, et fi
liis eius, vt fungantur officio
suo in sacris, oleum unctionis
et thymiama in sanctuario, omnia
quae praecepi tibi facient. Et lo
cutus est dnus ad moysen dicens
loquere filiis israel, et dices ad
eos, Videte vt sabbatum meum
custodiatis, qa signum est inter
me et vos in generationibus vestris,
vt sciatis, qa ego dnus qui sanctifi
co vos, Custodite sabbatum
meum sctum erit vobis, qui pol
luerit illud morte moriatur

Qui fecerit in eo opus peribit
anima illius de medio populi sui.
Sex diebus facietis opus in die
septimo sabbatum est requiem
sancta dno, Omnis qui fecerit
opus in hac die moriatur, Cus
todiant filii israel sabbatum, et
celebrent illud in generationibus suis,
Pactum est sempiternum inter me
et filios israel, signumque perpetuum
Sex enim diebus fecit deus caelum
et terram, et in septimo ab opere ces
savit, Dedit quoque dnus moysi
postquam hiusmodi sermonibus
in monte sinai, duas tabulas
testimonii scriptas digito dei.

Videns Cap. tricesimum secundum

autem populus, quod moram
faceret descendendi de monte
moyses, congregatus ad vesperum
aaron ait, Surgens fac nobis
deos, qui nos praecedant, Moysi
enim huic viro, qui nos eduxit
de terra egypti ignoramus quid
acciderit ei, Dixitque ad eos
aaron, Tollite inaures aureas
de uxorum filiorumque vestrorum
et filiarum vestrarum auribus, et af
ferte ad me, Fecit populus quae
iusserat, detulerunt inaures
ad aaron, Quas cum ille accepisset
formavit opus fusorio et
fecit ex eis vitulum conflatilem.
Dixeruntque, Hii sunt dii tui is
rahel, qui te eduxerunt de ter
ra egypti, Quod cum vidisset
aaron aedificavit altare coram
eo, et praeconis voce clamavit
dicens, Cras sollemnitas dni
est, Surgentesque mane obtu
lerunt holocausta, et hostias
pacificas, et sedit populus manducare
ac bibere, et surrexit
ludere. Locutusque est autem dnus